

Mandaverit. Et hoc addit: Helenam Constantini Matrem in Gethsemane  
Basilicam extruxisse in memoriam Mariae virginis ibi sepulta. Cuius Sepul-  
chrum quidem adhuc hodie in ea monstrari memorat Bernhartus Briton-  
bas. Nomen a. Gethsemane varie interpretantur. A. Geth Montem, sil-  
vam vel hortum appellat Gethsemane, id est, hortum octavum, quod horti  
in suburbii magnarum urbium ordine positi, notis numerorum distingui  
solent: et ille, in quem Christus introivit, octavo ordine fuerit. Non  
nulli Gethsemane idem denotare dicunt, ac forcular et oleum, ut ita  
hortus Gethsemane a forcularibus vini et olei dicatur. Cum enim in  
vicino Monte magna copia cresceret oleae, viz. vicina cultissima  
essent vineae, ideo, in praedii forcularia habebant, in quibus vineae et  
oleae exprimerent. Sed nolo diutius hic et aliis inhaerere recensendi,  
quod ad circumstantiam loci pertinent, quin potius de ea pergo, quae maxi-  
me de re praesenti esse videntur. Dicite nunc mihi, V. H. quid vo-  
bis Christus Iesus in horto dilecti perpassus videatur? Kai ypaia, inquit  
Evangelista, in dapsiada Kai adyprosiv d. Iyber, Latine verba  
sic sonant: Et cepit IESVS expalescere et angui. o ponderosissima  
verba, nec tamen sine tristioris mentis affectu audienda! Equum vos  
haec summo angore et merore confectum memorari putatis? Num  
Simsone, populi sui vindicem, et Philistinorum Fulmen, Victoriae mira-  
culum, non machinis aut exercitiis, sed sua solius manu partem inclutum?  
An Codrum Atheniensium Quicum, pro patria non timidum mori, qui  
habitu humili profectus ad hostium castra tentoria, iurjo eis in suam  
castra instigatis, locum fecit oraculo, quod illos posse vincere, quorum  
perisset Imperator, responderat? An vero Marium Curtium, ad-  
ulescentem Romanum, qui abrupto per medium forum, ingenti specu,  
halitus eructante exitiale, cum dixissent vates, nobilissimam  
victimam petere Platonem, sese sponte in hiantem terra gemit  
equus, suorum ex calamitate saltem reddidit? Ah nequaquam  
hi in dapsiada Kai adyprosiv ab Evangelista memorantur,  
quippe qui nequaquam cum illo, cuius passionem improfertiarum or-  
dy meditantur Christiani, comparandi sunt. Major est utique quam  
Samsone, major quam Codro, major quam Curio. Equus vero  
ille est? dicam rotunde: IESVS CHRISTVS, Deus homo ipse  
virginis Dei Filius, supra omnia benedictus in secula est, de quo  
haec dicitur, quod expalescere cepit et angui. Hic, hic summo  
angore confectus, ter in horto his verbis precatur Patrem suum coelestem  
legitur: Abba mi Pater, omnia tibi sunt possibilia, aufer poculum a me:  
verumtamen non quid ego solo, sed quid tu vis. Mi Pater, si non potest  
hoc poculum transire a me, nisi bibam illud, fiat voluntas tua. Pater, si  
vis, transfer poculum a me: verum non mea, sed tua fiat voluntas.  
Preces haec Salvator noster ab appellatione Patris ingeminata auspica-  
tur, ut repetitione illa vehementer affectus ostendat. Vox enim  
Abba, quod Ludovicus Capellus observat, Syriaca est, Patrem denotans:  
Cui subjungit Evangelista vocabulum Ta dia, utpote, quod Syriaca  
vocem declarat. Deinde petit, ut, si fieri posset, a se poculum hoc  
traferat. Quibus offendit verbis, quod ipse effugere cupiat tantae  
passionis acerbitatem, sed cum restrictione ad voluntatem Patris.